Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Alla. V. Sempiterne egregia stirpe concepta regia maria generosa
sis nob propicia summi regis filia et mr grosa colentes solemnia tue
conceptionis annua transfer ad palacia polorum sublimia
sanctarum sanctissima uirgo speciosa. Sequencia.
Conceptio marie uirginis que nos lauat a nexu criminis cele
bratur hodie dies est leticie. De radice yesse propaginis hanc
eduxit sol ueri luminis manu sapie sue templum glie. Stella noua
nouiter oritur cuius ortu mors nostra moritur eue lapsus iam restitu
tur in maria. Ut aurora surgens progreditur uelud luna pulchra
scribitur sup cuncta ut sol eligitur uirgo pia. Uirgo clemens et uirgo
unica uirga fumi et aromatica inter celi mundique fabrica gloriatur.
Te signarunt ora prophetica tibi canit salomon cantica canticorum te
vox angelica protestatur. Uerbum patris processu temporis intra tui secretum
corporis inter totum et totum deforis simul fuit. Fructus uitens arentis
arboris xpistus gygas in mensi roboris nos a nexu funesti pignoris
eripuit. O maria dulce commercium intra tuum celesti gremium quo
salutis reis remedium indulgetur. O uera spes et uerum gau
dium fac post uite presentis stadium ut in celis optatum bra
uium nobis detur.

In Visitatione beate Marie virginis Introitus

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes in honore marie
virginis de cuius visitatione gaudent angeli et collaudant filium
dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Oratio
Deus qui nos presentem festiuitatem in ihesu xpisti filii tui et marie
virginis matris eius laudibus venerari fecisti, presta quesumus ut qui eiusdem
virginis humilitatis et gaudiorum quibus Elizabeth visitauit solen
nia celebramus in eorum memoria et gaudiis iugiter maneamus. p e
Ecce iste venit saliens in montibus: transiliens colles. Lc. Sapie
Similis est dilectus meus capree hinnuloque ceruorum. En ipse stat post
parietem nostrum respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos
en dilectus meus loquitur michi. Surge propera amica mea: colum
ba mea: formosa mea et veni. Iam enim hiems transiit imber abiit et recessit:
flores apparuerunt in terra nostra: tempus putacionis aduenit. vox
turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos:
vinee florentes dederunt odorem suum. Surge propera amica: